



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Bellum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

aiunt; alij negant probabilius. lege Sanchez d. 59. l. c.

16 Qui posuit obicem per peccatum Baptismi effectui, debet illum postea Sacerdoti confiteri, non autem alia peccata ante Baptismum facta.

Bellum, vide Clericus.

1 **M**iles bellum, de cuius iustitia dubitatur, gerenti subditus, si in eo praelietur, non peccat; peccat autem, si sciat esse iniustum.

* De bello multa. Mol. à dis. 98. vsque ad 123. Banes in 2. 2. q. 40. Val. t. 3. d. 3. q. 6. Bellar. l. 3. à cap. 14. de memb. Eccles. milit. Couarr. Regu. Peccatum. p. 2. à §. 9. P. N. l. 2. c. 3. à num. 258. Nauar. c. 16. num. 15. Caiet. vers. Bellum, & in 2. q. 40. cum D. Thom. 2.

* Nau. c. Quid culpatur 23. q. 1. P. N. l. c. nu. 270. Nau. c. 3. nu. 18. Non subditus peccat in dubio, & tenetur restituere. P. N. l. c. nu. 263. ex Syl. & Caiet.

2 In bello iusto etiam innocentes licet spoliare & capere, ad debilitandas hostium vires. Quòd si bellum est perpetuum, vt cõtra Turcas, licet etiam innocentes captiuare. Quòd si dati sunt in obsides, & violent hostes hidem datam, non licet illos occidere; licet autem, si sint de nocentum numero.

* Fum. Bellum. numer. 10. P. N. l. c. numer. 287.

B

ξ Quod

ξ Quod si } *Victo. de iure bel. Mol. dist. 120. Val. l. c. p. 3. col. 4.*

3 Capta in bello iusto non sunt restituenda, nisi essent res Peregrinorum, Clericorum, Religiosorum, aut rusticorum: quamquam quidam nec talia, aiunt, ex necessitate restituenda, quia iuste capta, vt dictum est supra: sed falso, maximè quoad Clericos, & Religiosos.

* *D. Th. l. c. q. 66. ar. 8. ad. 1. ξ Peregrinorum. } Syl. bellum. 1. nu. 11. concl. 3.*

* *Clericos. } Mol. d. 121. concl. 3.*

4 Ablata iusto bello ab ijs, qui iniusto bello acceperant, etiam si iam in tutum se recepissent, prioribus Dominis sunt restituenda, si stemus iuri naturæ, vel etiam Cæsareo; si verò oppositum alicubi, vel lex statuerit, vel cōsuetudo præscripserit, ei stādum est; potuit enim licitè priuatorum iuri derogari ob bonum publicum. *Couarr. reg. pecc. p. 2. §. 11. numer. 2. Molin. disp. 118.*

5 Potest princeps, ad vitandum Reipublicæ maius damnum, tradere hostibus aliquam urbem: est enim id exponere periculo partem pro totius salute.

6 Milites sine voluntate saltem præsumpta Principis, damnum hostibus dantes, tenentur restituere: præsumitur autem velle etiam, vt capti à Turcis, cum fugiunt, dominos suos aliosq; spolient.

* *P. N.*

* *P. N. l. c. num. 285. Syl. l. c. concl. 4.*

7 Capti etiam iusto bello fugere possunt: saltem si sint extra ditionem dominorum.

* *Vide* *Seruus nu. 1. Con. l. c. num. 6. & l. 1. var. resol. c. 2. num. 10. Nau. c. 17. num. 104.* docet, fidelem ab infideli fugientem debere illi pretium mittere.

8 In dubio non licet aliena inuadere: licet autem defendere, quæ possides; melior enim est in dubio conditio possidentis.

9 Offerenti ante conflictum satisfactionem, non licet bellum inferre: quidam tamē dicunt licere, nisi offerat ante belli publicationem.

* *Caiet. ver. bellum Banes l. c. art. 1. dub. 8.* { *Quidam* } relati à Banes l. c. probabilior prima sententia.

10 Subditi non tenentur ad bellum proprijs expensis gerendum, nisi fortè ex pacto, aut consuetudine præscripta.

11 In bello licet quidem Clerico hortari ad victoriam, adeoq; ad pugnam: non autem pugnare, nisi se defendendo.

* *Fu. l. c. nu. 8. c. Hortatu 25. q. 8. Naua. c. 27. nu. 217.* (neque efficitur irregularis, si ipse nō mutillet) & *conf. 5. de homic.*

12 In bello dubio pugnare licet pro se defendendo.

* Si sit subditus, non tenetur causam belli discutere; & potest, Principe imperante, pugnare. *Mql. d. 113.*

13 Milites nostri temporis non gaudent priuilegijs antiquis militum.

* *Syl. Miles.*

14 Belli tempore non potest Princeps populū deserere.

* *Sot. l. 5. q. 1. ar. 8. col. 6.*

15 Militi etiam ægrotanti debetur stipēdium.

* *Syl. l. c. num. 8.*

Addit. 3 miles ad discendam pugnandi artem in bellicis ludis nulli nocentibus, & à periculo mortis alienis iustè se exercet. *Syl. ver. miles.*

Miles fidelis infideli principi in bello iusto seruire potest. *Nau. conf. 3. de Iud. nu. 3. ex c. Iulianus, & c. Resistit 11. q. 3.*

Mentiri non licet; in bello tamen insidijs uti licet, & consilia tegere, ad hostes decipiendos; non licet hosti fidem frangere: licet autem die festo pugnare, ita re postulante. *Mol. dist. 111.*

Parta victoria non licet innocentes occidere. *Mol. d. 122.*

Mortiferè peccat Princeps si bellum ad rei-pub. salutem, ad fidem conseruandam, ad inimicorum spiritale bonum necessarium, non gerat; præcipuè si effulgeat victoriae spes: & tunc sub. p. m. præcipere possit subditis, ut arma caperent. *Mol. d. 99.*

Si non subditos ad bellum cogat Princeps, tenetur damna eorum reficere. *P. N. l. c. numer. 271.*

BENE-